81.

Aristotelis liber de secretis secretorum s. de regimine principum vel regum vel dominorum, ex arabico versus a Philippo Clerico.

Cod. membr. III et 57 foliorum in 8. saec. 15. exaratus. Ad bibl. Regiam accessit per Brunellium, abbatem Bononiensem.
Cf. ad cod. Db 78.

(Elect. ?) Regia D 216. Falkenstein p. 249.

82. 2.

Platonis Gorgias, lat. interprete Ln. Aretino.

Cod. membr. 49 foliorum in 4. saec. 15. in Italia scriptus. In folio, quod ab initio praecedit, notavit D. Lomelinus se hunc librum Florentiae anno (14)95 emisse. Paulo inferius Sylvester Maurolycus, sive Marulus, Theologus Messanensis et Roccae Amatoris Abbas, se eundem codicem bibliothecae Regiae (Escorialensi) a. 1598 obtulisse testatur, quod nescio an non sit factum, cum fol. 1'. Dux quidam de Alcala eum Messanae a. 1633 se sibi comparasse scribat. Deinde occurrit in bibl. Hulsiana (1730) t. I p. 243, tum in bibliotheca exquisitissima (Hagae Com. 1732. 8.) p. 111, postremo e bibl. Selliana (Lips. 1737. 8.) p. 30 nr. 506 pretio 4 Th. 12 Gr. in bibl. Regiam emtus est.

Elect. 542. Regia D 135. Goetze II p. 249. Falkenstein p. 241.

83.

Timaeus Locrus, de naturae universitate, G. Valla interprete. Praecedit praefatio ad Petrum Lauretanum Venetum patricium.

Cod. membr. 30 foliorum in 8. saec. 16. ineunte exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Emtus est a Brunellio.

Elect. 535c. Regia D 213. Falkenstein p. 249. Bruck S. 174.

84.

a) Euclidis tractatus de ponderibus (lat.), cum commentariis M. Heinrici Angligenae doctissimi geometrae. Ex sepulturis Abr. Riesen. Anno 1581. fol. 1.
b) Von Proportionibus. fol. 37.
c) Von Musical. Progression. fol. 55.
d) Vom Musical. Algorithmo. fol. 69.

Cod. chart. 82 foliorum in 4. a. 1581 in Saxonia exaratus.

Regia D 172. Falkenstein p. 249.

85. 5b.

a) (Euclidis?) liber de speculis, cum glossa. fol. 1.
Incipit: Visum rectum esse.

BSB Bayerische StaatsBibliothek